

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors ax  
cum fonte primo

Preciosa mors sanctorum, preciosa  
plane tanquam finis laborum, tanquam  
uictorie consummatio, tanquam uite  
ianua et perfecte securitatis ingressus.

Bernardus ibidem (in quadam epistola).

Pessima quidem mors peccatorum,  
quorum et nativitas mala, et vita peior;  
sed

pretiosa est mors sanctorum. Pretiosa  
plane, tanquam finis laborum, tanquam  
uictoriae consummatio, tanquam vitae  
ianua et perfectae securitatis ingressus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermo in  
transitu S. Malachiae episcopi*, 4 (SBO  
5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M.  
Rochais eds., p.420, ll.17-20).